

QUESTIO V.

Quare mandatur adduci pullus, super quem nullus hominum sedir?

22. D. Marcus. D. Lucas. Syriacus. Ivs Marcus scribit citato cap. 11. num. 2. quod Dominus dixisset discipulis suis: Invenietis pullum ligatum, super quem nemo adhuc hominum sedir. Sic & D. Lucas cap. 19. n. 30. Invenietis pullum asinae alligatum, cui nemo unquam hominum sedir. Quæstio præsens est, cur eligitur pullus indomitus, super quem nullus adhuc hominum sedisset, seu ut habet Syriacus: In quo nullus ex filiis hominum equitavit? Ac proinde cum pullus non esset assuetus ferre fessorem, & fræno obedire, rudis, & ineptus videbatur, ut Dominus in eo incederet.

23. Respondeo quod in hoc voluit Dominus indicare veritatem sui ingressus consonam vaticinio, quo prædictum erat: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam, & pullum. Deinde etiam in omnibus Dominus ostendit suam divinam virtutem; valde mirum enim erat, quod pullus indomitus prima vice vehens fessorem; viam composito gradu sine recalcitratione confecerat. Sensit pullus virtutem Iesus suo modo cognoscendi, melius quam agnouerit Iudaicus populus. D. Chrysofom. homil. 67. in Matth. Tu vero, ait, subitam pulli dominationem admirare, quomodo, dum esset indomitus, & fræni omnis expertus, non resistit, nec reluctatus est, sed quiete quasi assuetus ferocatur. Gentium enim obedientia hinc significatur, & repentina in meliorem vitam mutatio; adde quod ait D. Hilarius; Quæ tot amorum ferocitates, vincto Deo fractæ sunt. Pullus indomitus non assuetus fræno denotabat Gentes sine legis fræno viventes; ut dicam latius infra quæst.

24. Secundò. Insedit Dominus super pullum asinae, super quem nemo adhuc hominum sedir. Ac proinde feroc, & indomitus erat; unde ergo habuit mansuetudinem ut quiete, ac sereno gradu incederet? Abulens. quæst. 32. Christus, ait, hoc ei auferret, faciens illum mansuetum, ac si semper assuetus esset oneribus ferendis. Pullus indomitus, ac effrænis erat: ubi super eum insedit Iesus, sic miro modò eum mansuefecit, ut ad ferenda onera confuetum diceret. Accessus enim ad Iesum, illiusque tactus omnem naturæ ferocitatem, ac duritiam expellit, eamque reddit maximè mansuetam, ac pacatam.

25. Cum Iacob benediceret filios suos, ait: Benjamin lupus rapax, Gen. 49. num. 37. de Apostolo Paulo prophetia est. Ut volunt Tertullian. lib. 5. contra Marcion. D. Ambros. serm. 6. in Psal. 118. D. Augustin. serm. 14. de Sanct. Nam Paulus tanquam lupus spirans minatur, & cædis in discipulos Domini ferebatur; ad vesperam verò dividet escas. Postea verò factus est pastor, & doctor Gentium: Quomodo lupus rapax manè prædam rapiens, vespere spolia dividit? Quomodo, qui ferocitate persecutor erat, in hominum pastorem commutatur? Thomas Bozius de Not. Ecclesiast. lib. 14. cap. 9. Apparens Iesus in globo quodam lucis, ac in Paulum, velut scopi igneus globus impingens, impetum lupi ferocientis occidit, & suscitavit agniculum. Ex Christi præsentia Paulus deposita lupi rabie agnus lenis, ac mitis efficitur.

26. Postquam Iacob vidit scalam à summo cælo

dimissam usque ad terram, excitatus à somno; crexit lapidem in titulum, fundens oleum defuper dicens: Lapis iste vocabitur domus Dei, Genes. 28. num. 22. Quomodo fieri potest, ut lapis rudis, ac durus, & incompressus aptetur, ut fiat domus Dei, aliquone ferro adhibito? Minimè, sed oleo infuso. Oleum illud figura erat Christi Domini, ex cuius tactu lapis sic fit mollis, ac tener, ut facillimè ex ipsa, tanquam ex cera valeat domus Dei præparari, ac componi. Ait D. August. ibi: In hac lapidis erectione, oleique perfusione, signum fuit in prophetia evidentiissima constitutum, que pertinet ad vntionem, unde Christi nomen à chrisma te est.

Multis miraculis, ac prodigiis concutitur cor Pharaonis, ut populum dimittat, vna, & altera plaga, ac decem vexatur, & semper obduratus persistit, in sua malitia obfirmatus; at ubi primum in superliminaribus appositus est sanguis Agni Paschalis; statim: Vocatusque Pharaon, Moysè, & Aaron nocte, ait: Surgite, & egredimini à populo meo, vos & filij Israël: ite in nomine Domini sicut dicitis, Exod. 12. num. 31. Unde evenit, quod rex tam feroc, & crudelis, ita misit, ac lenis fit: Apparuit in domorum superliminaribus sanguis Agni Paschalis, qui typus erat sanguinis Christi, ex cuius intuitu rex durus mollis redditur, quem enim tot portenta, ac miracula non valuerunt mansuescere, vna Christi figura suavem, ac mansuetum effecit. Rupertus lib. 2. in Exod. cap. 18. Agnus exiguus, ait, vicit, & contrivit leonem maximum, presitque os superbi, ut molle proferret eloquium. Quis enim tam ferinis moribus erit deditus, ut videns, ac considerans Christi sanguinem, non mansuetus, ac dulcis efficiatur.

Matth. 21. Et si quis vobis aliquid dixerit: Dicit, quia Dominus his opus habet; & confestim dimittet eos.

Num. 4. Hoc totum factum est, ut adimpleretur, quod dictum est per Prophetam dicentem.

Num. 5. Dicit filia Sion: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis.

VERSIONES.

Syriacus n. 3. Dicit ei, quia Domino nostro requiruntur.

D. Chrysof. Dicit: Dominus operam in Imperf. eorum desiderat. homil. 37.

D. Hieron. Dicit: Dominus eos necessarios habet.

Arias. Eorum usum habet.

Arias n. 2. Hoc totum effatum est.

Syriacus. Ecce Rex tuus venit tibi humilis, & insedens asinae.

D. August.

Gen. 28. Ex Christi tactu misit lapis.

August.

27.

Exod. 12.

Sanguis Christi super omnia miracula lenem, ac mansuetum efficit.

Rupertus.

D. Augustin. Noli timere filia Sion, & sedet super iugalem.

lib. 11. contra Faustum.

Clem. Alex. Venit tibi iustus, & mansuetus, & seruanus, & ipse mitis facilis, sedens super iugalem, & pullum novum.

lib. 1. Pedagog. cap. 5.

ALTER TEXTVS.

Marc. 11. n. 3. Et si quis vobis dixerit: Quid facitis? Dicit, quia Domino necessarius est: & continuo illum dimittit huc.

Luc. 19. n. 31. Et si quis vos interrogaverit: Quare soluitis? Sic dicitis ei: Quia Dominus operam eius desiderat.

EXPOSITIO II.

28. T si quis vobis aliquid dixerit. Si ille, qui dicit dominus iumentorum aliquid dixerit; & reuera fuerint, qui dixerunt, ut patet ex D. Marc. & Luc. Dixerunt Domini eius ad illos, quid soluitis pullum? Quod aperte sciebat Christus Dominus, tamen non loquitur absolute, ut potuit, sed conditionate. Si quis vobis, ut de nostra libertate admoneamur, ut ait Abulens. quæst. 21. dixit sub conditione, ut non videatur sub necessitate ponere actum eorum. Quia Dominus, bene notat Chrysofom. in Imperfecto homil. 39. non mandat, ut dicant, Dominus tuus, vel Dominus meus, vel noster; sed simpliciter Dominus, quia ipse solus absolute omnium est Dominus. Et confestim dimittet eos, seu ut habet Arabicus, mittet. Noli Christus inuitis Dominis auferri asinam cum pullo, ut suo supremo iure facere poterat, magna enim prudentia est, non omni iure, ac potestate uti. Alta tamen sua providentia inflexit animos, ut solentibus discipulis asinam, omnes assentirentur.

29. Hoc totum factum est. Ut Christus mandasset sibi adduci asinam, & pullum per discipulos. Ut adimpleretur. Ut eis vteretur prout prædictum erat à Propheta. Præcipua huius rei causa extitit, quia sic Patris decreto erat determinatum, & inde hoc Spiritu sancto afflante vaticinatum est à Propheta, quibus tam Patris decreto, quam vaticinio Propheta Christus se conformem exhibens ingreditur super pullum, & asinam; Solus D. Matthæus adducit testimonium Propheta, quia ut iam notavi in Prologo huius operis, & in præfenti aduertit Abulens. q. 27. quia D. Matthæus scripsit suum Evangelium Hebræis, & ideo frequenter adducit testimonia sacra Scriptura, ut ex eis adimpletis Iudæi conuincantur ad credendum Christum Dominum verum esse Messiam. Et ideo solus Matthæus de asina, & pullo facit mentionem, ut concordaret cum Propheta, cum tamen duo alij Evangelistæ Marcus, & Lucas solum de pullo scribant.

30. Dicit filia Sion. Aliqui volunt testimonium Sylueira in Euang. Tom. IV.

conflatum ex Isaia 62. num. 11. & ex Zacharia. tamen communiter Patres, ac Recentiores, Lucas Burgens. Barradas, Cornel. volunt solum testimonium esse deductum ex Zacharia Propheta cap. 9. n. 9. Exulta filia Sion, inbila filia Ierusalem, ecce Rex tuus venit tibi iustus, & Saluator, ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinae. Euangelista referret Prophetam, non tantum quoad verba, sed potius quoad sensum, ut notant communiter interpretes.

31. Filia Sion. Sub nomine filiae frequenter in Scriptura intelligitur populus. Machab. 1. cap. 5. num. 9. dicitur Iudas: Cepit Gazar, & filias eius. Et postea num. 65. Percussit Chebron, & filias eius, id est, illius populum. Vel dicitur; Filia Sion, ad exprimentum eximium, ac tenerum affectum, quo verus Messias Christus erat suscipiendus. Hinc dicitur: Egredimini, & videte filia Sion Regem Salomonem, Cantic. 3. num. 11. Vel ut ait Drogo Hostiens. tract. de Sacramento Passionis: Noli timere filia Sion. Timere, ait, pusillorum est: ideo adhuc filia. Et dicitur, Filia Sion; id est, Ierusalem per Synecdochen à præcipua, ac excellentiore, & montana vrbis parte, quæ Sion dicta erat, venit tibi, quia tu non vadis ad Christum regem tuum, & ab eo recedis, ideo ipse te quaerens venit ad te. Ecce Rex tuus. Ecce parat attentionem. Rex tuus; verus nempe Messias promissus in lege; & de eo dicit quatuor, quæ dignitatem regis, ut notat D. Thomas, maximè commendat. Primò affinitas, maximè afficitur homo ad sibi coniunctos, unde dicitur, Rex tuus: de gente tua, ac familia David. Secundò. Venit tibi ad utilitatem tuam. Egredis in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo, Abach. 3. n. 13. Tertiò. Mansuetudo maximè pertinet ad regem, ac eum commendat. Misericordia, & iustitia custodiunt regem, Prouerb. 20. num. 28. humilitas multum requiritur: Sedens super asinam. Superbos Dominus respuit. Unde ait Matth. 10. Discite à me, quia mitis sum, &c.

QUESTIO VI.

Quare Christus Dominus de quo scriptum est: Bonorum meorum non indiges, mandat dicere, quod de his animalibus opus habet?

32. Christus nuncupabatur Dominus, & Magister: Vos vocatis me Magister, & Domine, & bene dicitis, Ioan. 13. num. 13. Vtroque nomine Christus nuncupabatur, & erat valde notus, ut aduertit Abulens. quæst. 22. ad parandam cenam, ac ad præparandum locum mandat discipulis, ut dicant: Magister dicit, Matth. 26. n. 18. Hic verò se Dominum appellat, quia in conspectu multitudinis populi venturus, ac declarandus erat ut Rex, ut aduertit Titus Bostrenf. in c. 19. Luc. Mandat discipulis, ut dicant, quia Dominus his opus habet, nam ipse apud herum animalium sub hoc nomine valde cognitus erat, & pro amore, ac reuerentia non erat aliquid ei negaturus.

33. Quæstio præsens: quomodo Christus Dominus de quo ait Regius Vates: Bonorum meorum non egres, Psal. 15. num. 2. imperat dicere, quod de his animalibus opus habeat, seu ut legit

R R r D. Hieron.



28.

Abulens.

Chrysof.

Arabic. Nec semper vni potestate videntur.

29.

Abulens.

30.

Hieron.

D. Hieron. Eos habeat necessarios. Rationem litem iam dedi in expositione, quia noluit suo

34. Hugo.

Secundò. Cardinalis Hugo in cap. 2. ad Ephes. n. 4. sic scribit ad illa verba: Deus autem qui dives est in misericordia...

Peccatoribus peccatis magis divina largitur declaratur.

35. D. Thom.

Psal. 17.

Secundò. D. Thomas in præfenti: Dico, ait, quod Deus bonorum nostrorum non indiget, nisi ad nostram necessitatem, Deus qui ambulat super pennas ventorum, Psal. 17. n. 11. Opus illi est asello?

Numer. 31. 1. Reg. 15.

Deus requirit nostram operem, ut remuneret.

Bernard.

Tertio. Christus nullius indigens, at ubi Dominus nuncupatur, Rexque magno applausu proclamandus est, ecce Rex tuus. Rebus etiam parvis, & abiectis pauperum indiget, dicitur quia Dominus his opus habet.

36. Domini maieftas pro appendice habet necessitas.

Ioan. 19.

Christus in cruce nudus existens summam paupertatem monstravit, tunc tamen militibus dimittit vestimenta sua, Ioan. 19. num. 23. At hic cum personam Regis agit: ecce Rex tuus venit.

37. 1. Reg. 9.

Studiosè quærens Saül asinas patris sui, vt de illis aliquid ei indicetur à viro Dei, statuit dare illi quartam partem stateris argenti, 1. Reg. 9. n. 8.

saluauerint, dabant tibi duos panes, & accipies de manu eorum, 1. Reg. 10. n. 4. dantur duo panes, vt explicat ibi Abulens. q. 4. Eo quòd Saül iter agebat, & eis maiegebat.

Creatus Rex indigentiam laborat. Abulens.

38. Abulens.

2. Reg. 23.

Ambros.

Ioan. 6.

Regis splendor conuictus cum morte, ac sanguinis effusione.

41. Math. 2.

Regio decori conuicta mors.

Chrysol.

Mendoza. In opulenta Rex indiget.

Psal.

Hebraus.

QUESTIO VII.

Quare Christus Dominus cum multoties introisset in Ierusalem, nunc venit sedens super asinam acclamatus Rex?

Ratio communis, & literalis est, quia sic erat ordinatum decreto Aeterni Patris, quod per Prophetam reuelatum, ac declaratum fuerat; ne ergo Iudæis esset aliqua occasio excusationis, aut ignorantia; cum eum occidissent, ideo iuxta prophetiam venit super asinam.

39. Theophyl. Clarioribus signis se manifestat Dominus.

Theophyl. Clarioribus signis se manifestat Dominus.

Abulens.

40. Bernard.

Aliter & eleganter respondet D. Bernard. serm. 3. in Ramis palmarum: Sanè venturas aliquando turbas, vt raperent, & eum regem facerent, fugiens legitur declinasse. Nunc verò etiam non quæsumus asinam,

fuit, vt tanquam Rex Israël susciperetur, & predicaretur ab eis, quin etiam hæc ipsa præconia eorum excitauit. Et hæc quidem preparatio ad passionem fuit. Sæpè ingressus est Iesus in Ierusalem, nunquam rex acclamatus, & aliquando regnum ei à turbis fuit oblatum, quod ipse declinauit.

Chrysol. Rex pacificus. aureo, pretiosa purpura fulgens, neque ascendit super feruidum equum discordie amatorem, & litis, qui de longe odorat bellum, & gaudet ad vocem tubæ, cum viderit sanguineam pugnam, dicit in corde suo: bene est factum.

Chrysol.

Eusebius.

45. Chrysol.

Christus non imponit tributa, sed dat dona.

46. Cyrill.

Christus Rex singularis.

47. Sedulius.

Memor esto humilitatis nativitatis.

48. Chrysol.

Necessarij contentus, superflua deuitant. Gen. 2.

QUESTIO VIII.

Quare Dominus ingreditur sedens super asinam?

NOTANDUM est ex Origen. in cap. 1. Iob. in Arabia, ac Palestina asinos pares esse equis in velocitate eundi, & redeundi, & valere ad negotia peragenda, & afferenda, eademque officia præstare, quæ apud nos præstant muli, & equi.

42. Origenes.

Indic. 10. Cornel.

43. Chrysol. Euthym. Theophyl. Paschal. Alb. Magn. Bernard. Abulens.

Primò respondent D. Chrysol. in Imperfecto homil. 37. Euthym. Theophyl. D. Paschal. Albert. Magn. cum D. Bernardo serm. 3. in Ramis palmarum, & Abulens. quæst. 6. & aliis, quod Christus Dominus hoc regali ingressu voluit seipsum Scribis, ac Phariseis declarare, ac ostendere, vt hoc facto eum agnoscerent ipsum esse verum Messiam, vt pote à Zacharia citato loco prædictum, & promissum: bene tamen sciebat ipsos propria eorum malitia inde magis exacerbandos, & necem crucis ei machinatos, quod ipse permittere voluit, vt sic mortis adeo expectata compos fieret, per camque nos redimeret, ac saluaret.

44. Chrysol.

Secundò. Idem Chrysolomus. citata hom. 37. in Imperfecto: Dominus ascendens Ierosolymam, magnam gratiam pacis, & concordie mundo inuiso quasi in testamento relinquit: non sedet in curru Silyceira in Euang. Tom. IV.

Tertio. Sic pergit immediatè citatus Chrysol. Non vides in circuitu eius splendentes gladios, aut cætera ornamenta terribilium armorum. Sed quid? Ramos frondentes testimonia pietatis. Venit ergo mansuetus, non vt propter potentiam timeretur, sed vt propter mansuetudinem amaretur. Venit pacificus Rex maxime se desiderabilem omnibus præbens, non ostentat in circuitu terribiles splendentes gladios, sed ramos benevolentia, ac amicitia indices; non vult terrorem incutere, sed amorem conciliare, magis vult regnare amore, quam timore. Vnde subdit ipse Chrysol. homil. 57. in Matth. Non currit, vt reges ceteri agens, non vestigalia exigens. Non venit iste tributa imponens, quibus subditi opprimuntur, sed dona sua concedens, quibus recreantur, & diuites, ac sublimes fiunt.

Quarto. D. Cyrill. Catechesi 12. Nulli sunt reges, scilicet tales, ait, de quo igitur hoc dicit? Dat nobis signum, quod alij reges non habeant. Dat nobis proprium signum regis, cuius regnum annuntiat, habet singulare signum regis adfuturi. Solum regem Iesus, super pullo asini sedit: & solemniter cum benedictionibus tanquam Rex in Hierusalem ingressus est. Quis regum super asinam sedens gloriare à populo comparauit? Christi regnum singulare. Alij reges à pompa, & apparatus populi applausum extorquent. Solum Iesus singularis rex, vt ab humilitate, ac demissione gloriosus appareat, cum tota eius gloria abintus virtute, ac donis dimanet.

Quinto. Sedulius lib. 4. Operis Paschalis c. 20. Aselli vngula non pretio magna, sed merito tanti sessuris claruit sub fuscæ nobilitatis, non illius impar, qui modico Christum quamuis cerneret in præsepi, Dominum esse cognouit. Cur Christus Dominus non equum, aut nobile, & procerum sibi præparauit animal, vt gloriosa vestatio reliquæ triumphi celebrati responderet? Christi natiuitas humili, ac squalido præsepi excipitur asini consortio, inae in magna maiestate, ac celebritate asinum sibi parat Christus, quo equitet; sicque innotescat Christum semper humilitatem, & ignominiam naralium cum maiestatis triumpho coniungere: indeque in tanto applausu super asinum ingreditur humilitatis, natiuitatis suæ memor. Vide supra cap. 22. n. 84. vide verb. Cognoscere, tom. 2. & 3.

Sextò. D. Chrysol. homil. 67. Regulas, ait, nobis præbet, ne maiora, quam necessarius usus exigat, requiramus. Ad ingressum in ciuitatem equitando sufficebat humilis asinus, hunc ergo habet in vfu, necessarij contentus, superflua deuitans. De primis patentibus dicitur: Erant autem verque nudus, nec erubescabant, & concordie mundo inuiso quasi in testamento relinquit: non sedet in curru Silyceira in Euang. Tom. IV.